

# IN MISSARUM CELEBRATIONE

Memoria hujusmodi habeatur :

## Memento Vivorum :

- 1 Mei, paréntum, fratrum, sorórum, consanguineórum et amicórum meórum.
- 2 Omnium, quibus fui gravámen, scándalum, et occasio peccánda.
- 3 Omnium benefactórum meórum in spirituálibus et temporálibus.
- 4 Omnium mihi commissórum in género et in spécie.
- 5 Omnium sacerdotum et ministrórum Ecclesiæ Dei cathólicæ.
- 6 Omnium inimicórum meórum ad dimissionem.
- 7 Omnium hæreticórum et infidélium ad conversionem.
- 8 Omnium pro quibus vis et scis me debere orare.

## Memento Mortuorum :

- 1 Animárum paréntum, fratrum, sorórum, consanguineórum et amicórum meórum.
- 2 Animárum, quæ occasione mei purgántur in purgatório.
- 3 Animárum ómnium benefactórum meórum in spirituálibus et temporálibus.
- 4 Animárum ómnium mihi commissárum in género et in spécie.
- 5 Animárum ómnium sacerdotum et ministrórum Ecclesiæ Dei cathólicæ.
- 6 Animárum morte improvísá corpóribus exutárum.
- 7 Animárum, quarum non est speciális memória.
- 8 Animárum misérime existéntium in purgatório, et ómnium, pro quibus vis et scis me debere orare.



# ORDO MISSÆ

Facta confessione, Sacerdos cum vult ascendere ad Altare, extendens ac jungens manus, clara voce dicit : Orémus, deinde secreto :

**A**UFER a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitates nostras : ut ad Sancta sanctorum puris mereámur mentibus introire. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.


Postquam ascenderit Altare, stans in medio inclinatus, et manibus junctis super Altare, secreto dicit :

**O**rámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum, **Osculatur Altare, dicens :** quorum reliquiæ hic sunt, et ómnium Sanctórum : ut in-

dulgére dignéris cáta mea. Amen.


Prosequitur Missam, ut Dicto Kýrie eléison et jungens manus, caputque inclinans, dicit, si dicendum in excélsis Deo etc.

I In Duplicibus, et solen



Gló-ri-a in excélsi

II In Missis beatæ M



Gló-ri-a in excélsi